



**Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem  
Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis  
In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac  
Matrimonii In Specie**

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac  
de Abortu

**Sporer, Patritius**

**Salisburgi, 1711**

Classis IV. Impedimentorum. Nimia distantia. Cultûs disparitas.  
Impotentia.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55333](#)

ad incurrendum quodvis impedimentum  
mens, ita & hoc criminis impedimentum  
requiri scientiam talis impedimenti, nec ex  
fare ignorantiam, quod tali crimenem contri-  
tur impedimentum dirimens, & matrimonio  
fiat nullum; quia etiam hoc impedimentum  
ab Ecclesia inductum est non præcise in-  
nam delicti; sed principaliter ad abstinentiam  
homines, ne spe matrimonii crimina com-  
tant: prout unanimiter supponunt DD. uni-  
si suo loco allegandi; neque ullus hactenus  
in dubium revocavit. Novissimè Diana parti-  
resol. 51. pro opposita sententia citat Baucius.  
Baucius autem id ex se non assertens citat Pa-  
dani antiquam sententiam obsoletam, adeo  
hodie nullum probabilitatem afferentem;  
tamen nec Diana, nec Baucus ulla nota-  
ciunt oppositam sententiam Paludini, ideo  
cum P. Gobat hic cas. 10. num. 202. non ve-  
rer illos, qui bona fide contraxerunt adhuc  
impedimento criminis relinquere in bona fide.

## C L A S S I S IV.

### *Impedimentorum.*

#### N I M I A D I S T A N T I A.

**C**ontinet duo vel tria ultima impedimenta:  
*Cultus disparitas: impotentia*, sub qua-  
tiam comprehenditur impedimentum ætatis.

#### S U M M A R I A.

115. *Matrimonium fidelis cum infidelis seu non baptizatus nullum est.*

Sect. I. De Impedimentis matrimonii. 121

117. Valida autem sunt matrimonia Catholicorum cum hereticis regulariter.  
118. Illicita tamen mortaliter per se loquendo.  
119. Et prorsus impia cum promissione relinquendi partem prolium in fide heretica.  
120. Impotentia coeundi,  
121. Quando censetur adesse, & unde oriatur?  
122. Si perpetua sit & incurabilis licet ac antecedens,  
123. Dirimit Matrimonium contrahendum tantum.  
124. Quid in dubio, an sit perpetua, nec ne?  
125. Impotentia superveniens non dissolvit matrimonium semel contractum.  
126. Nulla impotentia temporalis tantum etiam antecedens dirimit.  
127. Impotentia etatis jure naturae dirimit solum inter contrahentes ante sufficientem usum rationis.  
128. Jure verò Ecclesiastico dirimit inter impuberis, masculum scil. ante 14. & femellam ante 12. annum impletum.  
129. Nisi malitia suppleat etatem.  
130. Quoad impotentiam sexus mixti, seu matrimonia hermaphroditorum ponuntur quatuor casus, usque ad n. 139.

§. XV.

CULTUS DISPARITAS.

**H**oc est: Diversitas Religionis, sed illius solius, quæ est inter fidem & infidem, seu baptizatum, & non baptizatum est impedimentum dirimens matrimonium inter illos. Omnium DD. consensu. Id tamen non jure naturali aut divino (quidquid nonnulli sine solidatione dicant apud Sanchez citandum) sed solo Ecclesiastico, eoque non scripto; non enim invenies Canonem qui clare indicet hanc nullationem. Ut latè disputat Sanchez l. 7. disp. 71. sed

122 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. 1.*

71. sed consuetudinario, consuetudine & h[ab]itu  
petuo usu Ecclesiæ approbante. Ut post Christum  
chez & alios communiter, benè probat I[ust]ia.  
disp. 36. sect. 1. num. 4. addens tamen, pro  
re ex Traditione Apostolica.

116 Certissimum autem est apud omnes, tale  
trimonitini esse illicitum jure naturali ac di  
no, in lege veteri s[ecundu]m gravissimè prohibiti  
ac etiam in nova: 2. ad Corinth. 6. Nolite  
cere jugum cum insidelibus: Idque ob periculum  
perversionis & malæ educationis. Sed de  
plura dicere nihil opus vel utile. De haeresi  
autem dixi primo Præcepto; *Cum de communi*  
*catione Catholicor. cum haret.* Ne tamen  
loco mancus sim, reddo compendio.

117 *Matrimonia Catholicorum cum hereticis.*  
**H**æc secundum leges Ecclesiæ inita val  
sunt, saltem regulariter. Communia  
Theologorum (adversus nonnullos Can  
nistas) & certa sententia, adeò ut Bellarminus  
de concil. c. 4. expresse dicat, esse errorem in fid  
si quis asserat, matrimonium catholici cum ha  
retica esse invalidum: Et ratio est; quia nec  
naturalis, nec divina, nec Ecclesiastica lex, sed  
alio impedimento dirimente, irritat ejusmo  
conjugia: neque obstat, quod hæreticus no  
tredat matrimonium esse Sacramentum; nam  
aut ratio Sacramenti inter baptizatos non posse  
separari à contractu legitimo matrimonii, u  
multi docent: aut certè regulariter hæretici n  
ipsa non separant cum habent generalem in  
tentio

Sect. I. De Impedimentis matrimonii. 123

entionem contrahendi matrimonium more  
Christiano seu à Christo ordinato in vera Eccle-  
sia. Quanquam negari non possit, esse tam per-  
versos hæreticos, qui simpliciter nolint contra-  
Here cum Sacramento vel indissolubiliter: quo  
casu matrimonium utique esset nullum; quare  
dixi regulariter.

II. Illicita mortaliter sunt illa matrimonia, 113  
ut per se loquendo peccent mortaliter catholici  
ineuntes matrimonia cum hæreticis: & maximè  
catholicæ habentes hæreticis. Ita communis  
DD. Catholicorum omnium, & nominatim  
mox citand. N. III. & IV. Ratio multiplex est.  
1. Quia communicant cum hæreticis in rebus  
sacris. 2. Quia ministrant Sacra menta indigna;  
quia coiuges sunt hic ministri Sacramenti. 3.  
Exponunt se; præsertim mulieres; periculo  
apostasie. 4. Quia tacite vel expressè solent pro-  
mittere, se positivè permisuros, ut dimidia pars  
liberorum educetur in Religione acatholica. 5.  
Deniq; quia valde est credibile, multa ex iis ma-  
trimoniis esse jure divino irrita; sicut jam insi-  
nuavi. Unde Concilium generale Chalcedonense  
can. 13. & Agathense can. 67. apud Gratian. c. non  
oportet. 28. quest. 1. interdit talia conjugia.

Hinc recte infert Perez disp. 36. sect. 2. num.  
1. certum esse, jure naturali, divino & Ecclesia-  
stico esse irrita per se loquendo sponsalia Catho-  
licæ cum hæretico; quia promissio de re turpi  
non potest non esse turpis.

III. Illi etiam Catholicæ vel Catholicæ per se iij  
loquen-

124 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*

loquendo peccant mortaliter, qui in Urbibus  
pagis mixtæ religionis contrahunt cum he-  
cīs. *Valentia*, *Bellarmin*, *Serarius*, *Coninchel-  
fius*, alii citati, *Tanner* tomo 4, *disp. 8. qua-  
num. 99*, *Perez* cit. *disp. 36. secl. 2. Bufen-  
l. 2. tract. 3. Jacob Marchant*, *in candelab. m.  
8. lett. 15. Gobat casu 9. num. 218. alii*, *co-  
tra Azorium part. 1. l. 8. c. 11. Sanchez*  
*disp. 72. consentiente Laymanno c. 14. nam*  
*si nullum subsit periculum subversionis,* *con-  
tio invicta est*, quia illa commixtio non eve-  
sed potius firmat rationes num. præcedenti-  
tas: ergo per se non sunt licita illa connubia  
exclusis omnibus illis malis & periculis,  
insuper gravis causa, videlicet spes sponendi  
ves discordias, convertendi conjugem ad fidem  
&, ut addit *Lessius*, si puella nequeat inter Ca-  
licos reperire conjugem paris conditionis. A-  
rō quia Germani DD. *Tannerus* & *Lay-  
mannus* itēmque *Marchantius* Belga rectissimē te-  
tur, oriri communiter majora mala inde, quā  
bona; idcirco reor esse rarum casum, quo  
à parte rei & in individuo licita hæc counu-  
meritóque *Tanner*, & *Gobat* eit. monent  
minos Parochos, ut quoad possunt, sepe op-  
niant talibus conjugiis, nec assistant, nisi suscep-  
tis ex justa causa & sine morali periculo subver-  
nis: nunquam autem, planè nunquam illis, quib-  
us sponsi addunt pactum impium sequens,

125 IV. Prorsus impia & nullo modo vel ca-  
licita sunt matrimonia, quibus conjux Catho-  
lici

cap. I.  
Urbib  
um han  
oninck  
8. qua  
Busento  
elab. m  
alii, (c  
nchez  
4. num  
onis,)  
on eve  
edenti  
anubia  
ulis, p  
piendi  
ad fide  
ter Cat  
onis. R  
Laym  
ne tell  
de, qu  
quo  
counub  
ponent D  
se se op  
i sulce  
subven  
illis, q  
quens,  
o vel ca  
x Catho  
liev

Sect. I. De Impedimentis matrimonii. 125

licus promittit aperte vel occulte se relicturum partem liberorum sine cultura veræ religionis. Ita docent Navar. l. 1. consil. I. quest. 25. num. 63. Coninck, disp. 31. dub. 4. Lessius in auctor. v. hereticorum cum catholicis conversatio. c. 33. Tanner cit. Layman cit. tract. 10. part. 4. c. 14. num. 3. Dicastil. 'disp. 7. num. 705. Merchant cit. Let. 1. Manuale Parochor. part. 2. c. 7. num. 5. Perez de matrimonio disp. 36. sect. 2. Gobat cit. num. 221. rationem benè dat Layman cit. Illud porrò apud omnes in confessio est, si matrimonio catholici cum heretica pactum adjiciatur ut liberorum alii, puta masculi patrem fidelem; famelle vero matrem hereticam sequantur. impium & irriatum esse: quandoquidem ad utrumque pertinet cura liberos suos omnes in vera fide ac religione educandi. Perez autem cit. sic loquitur. De pactis vero, quo in istis conjugiis quandoque ineuntur, ut quidam ex filiis nascituris fidei catholicae alii heresi adhærent, certum est, esse prorsus impia & irrita, tum contra jus Ecclesiasticum. c. ex litteris. de convers. infidel. tum contra jus divinum; quoniam parvulis usu rationis carentibus cura parentum ministrare & prabere debet remedia ad salutem necessaria, adeoque filii parvuli instruendi sunt in fide & Religione catholica. Sic Perez nemine contradicente. Et tandem, neque Deus auctor naturæ, nec Christus auctor Sacramenti instituit matrimonium ad educandos filios diabolo, sed Deo.

Obser-

Observat tamen sapienter & singula  
Tanner. cit. num. 91. in casu, quo matrem  
um catholicæ cum hæretico licitum est,  
tumque commodi & momenti habiturum  
ad publicum bonum promovendum, ne  
men via aut ratio suppedit, qua à marito  
tret liberam facultatem universam prole  
catholicæ Religionis cultum. ~~et~~ adiungendum,  
videtur illicitum adjicere cautionem au-  
ptionem, ut saltem aliqua pars liberorum  
huius impediente marito, in catholica Religio  
informetur, nil interim quoad ceteros libe-  
ratorum præjudicando juri catholicæ matris, qua in-  
tur pro viribus filios omnes in vera Religio  
instruere. Ita Tanner. ita Gobat; ita ego: & q-  
ni tu quoque? Hinc sumes resolutionem ad  
quenter casum. Petrus zelosus Parochus  
rit in confessione ex muliere, quam ignorat  
ptam esse viro acatholico, utrum liberos p-  
christianè educet? respondet illa, filias quid  
itaeduco, sed filios viro relinquo; quia sic  
est in hac patria. Quæritur, an Parochus sic  
absolvat talē mulierem? R. Licite, & illic  
Licitè: si mulier dicat, maritum ita invigil-  
perversioni liberorum, & hos ita pertinaciter  
hærere institutioni paternæ, ut suā operā n-  
aliud effectura sit, quām graves dissensiones, e-  
furias in verbera.

Illicitè: si probabilis spes appareat alicui  
frugis; peccat quidem illa mulier ex errore  
conscientia, si ideo abstineat ab educatione o-

singula tholica liberorum, quod in contraetu matrimoniali ipoponderit, se abstenturam; nam (inquit Ulpianus. l. generaliter. ff. de verbis obligator.) generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti. Cessabit tamen peccatum, si mulier ob causam aliam modò indicatam abstineat.

§. XVI.

IMPERIENTIA.

**I**mpotentia coeundi seu exercendi copulam carnalem perfectant perpetua praecedens dirimit matrimonium contrahendum, non dissolvit contractum supervenientem, etiam perpetua. Est certissima apud omnes. Et constat toto titulo: *De frigidis & maleficiatis, in 4. Decretal.* & 33. quest. 1. in *Decreto*. Ratio est; quia contractus matrimonii essentialiter includit obligacionem dandi inter se corpus ad copulam carnalem: atque juxta regulas juris: *Impossibilium nulla est obligatio*. Et: *Inhabilis ad solvendum, est etiam inhabilis ad promittendum*: ergo talis perpetua impotentia coeundi est impedimentum dirimens seu irritans & annullans matrimonium. Idque non tantum jure Ecclesiastico, sed etiam jure divino & naturali, itaque ex natura rei, nam de jure naturae est, ut non possis tradere potestatem tui corporis ad actum impossibilem. Quarè sive scias, sive nescias tuam impotentiam, si tamen verè impotens sis, impedimento affermus es. Jam termini parum verecundi necessariò tamen explicandi sunt.

¶ Im.

*I. Impotentia coeundi,*

**N**am impotentia generandi tantum, seu rilitas nullum matrimonio assertum; nunquid enim negabis, sanctos chariam & Elisabeth fuisse veros conjuges Communissima. Et latè Sanchez l. 7. disp. num. 24. Ratio; quia jam adest potestas ad principalem immediatum, scilicet perfici copulam, etiamsi desit quasi per accidentem etus copulæ, scilicet proles; adeoque licet non possit haberi finis principalis matrimonii, qui est prolixi generatio, habetur tamen secundarius, qui est remedium concupiscentiam propterea potest maritus commiseri ut jam prægnanti vel partui vicinæ, quamvis novo effectu copulæ. An peccet, qui sciens volens dicit sterilem, ut sine effectu prolixi, tūm libidine fruatur. Alibi videbimus causa debito.

Potes tamen incidenter. Si mulier potest quidem sit ad actum conjugalem, nec infasta, tamen cum suo vitæ periculo vel cum propria morte seu cum abortu semper pariat v. g. vijam experta. An valide & licite rursus consumet matrimonium? R. Certo valebit; quia potens est ad id, quod essentialiter requiriatur. Certo etiam illicita, si hoc faciat nesciente non marito; quia illi magnum damnum infert, donec in re tam gravi eum decipit; ipso autem sciente nequaquam peccabit ex hoc capite, quia sciens & consentienti non facit injuriam. At vero

alio capite propter periculum & damnum, quod sibi ipsi & proli causat; peccare mortaliter censet *Bossius* apud Tambur. cit. *tract. 1.c. 13. §.* 2. *num. 12.* Nec excusari posse à fine, remedium adhibendi temptationibus concupiscentiæ; eas enim aliis mediis, orationibus, mortificationibus cum Dei Gratia superari posse. Verum tunc non peccaturam, si marito sciente nubat, æquè probabilius docent citati, & nos in simili, *cum de debito.* Sanchiez *disp. 120.* quia non facit injuriam nec proli nec sibi. Non proli; quia melius est aliquanto tandem tempore esse, quam nunquam esse, non sibi, quia durum est negare mulieri remedium matrimonii à Christo Domino ad eum finem institutum: & eam compellere ad remedium mortificationis duræ & extraordinariæ; nam neque infirmum, ut vitam servet, obligamus ad remedium admodum difficile conqui- rendum ac sustinendum.

*II. Exercendi copulam perfectam.*

**S**Cilicet cum emissione feminis intra vas natu-*129* rale sufficienter ad generationem. Impos-  
sibilitas ergò hæc certò adebet, quandò ex his tri-  
bus aliquid deest: potentia penetrandi vasis: po-  
tentia emittendi verum semen; potentia illud  
immitendi intra vas. Adeóq; ex parte virorum  
ex multiplici capite oriri potest, utpotè primò;  
quia eunuchus; 2. quia naturā frigidus vero se-  
mine omnino caret, aut sufficiens ad genera-  
tionem non affert; 3. quia nimis calidus naturā, ut

PARS IV. SACRAM.

I

sem-

semper totum semen effundat, priusquam ariatur vas naturale; 4, quia naturæ nimis debet membrum ad copulam sufficienter non erigere, quia membro nimis brevi, aut contra numerum graffo vel improportionato: atque etiam si in non sit impotens respectu omnium, modo impotens respectu hujus certæ personæ, in qua actum perfectum copulæ exercere nunquam possit, erit impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, adeoq; dissolvens nullum contractum cum illa certa persona; et si impediatur ab omni alio matrimonio, sed alibi sibi proportionatam ducere possit: quo casu *cirur, impotentia respectiva*. Cùm autem est impotens respectu omnium, dicitur *impotentia soluta*. Ex parte fœminæ plerumque obstans estudo tantum, aut absoluta, aut respectiva, respectu talis viri. Unde generaliter à communione contingentibus in jure impotentes, viri quidem vocantur *frigidæ*, fœminæ *arctaæ*. Et propter notat Sanchez l. 9. disp. 7. quod licet mulier non possit unquam retinere semen, nihilominus sufficit matrimonium; quia antequam fiat expulsio copula jam perfecta fuit. Et hinc evnuchi, fœtides utroq; testiculo carentes, cùm ex Mædorum omnium sententia verum semen emittere nequeant, invalidè contrahunt matrimonium Communissima. Ut declaravit Sixtus V. apud Sanchez disp. 92. & Perez disp. 37. At vero qui alioquin sanis & integris virilibus uno tantum testiculo caret, certum est, esse potentem.

ad verum semen émittendum, ideóque etiam ad matrimonium contrahendum.

Senes decrepiti, ita debiles ut nunquam possint actum conjugalem consumare, invalidè contrahuut matrimonium; quia jam ejusmodi potentia esset in futurum perpetua. Communis DD. cum Sanchez disp. 92. num. 70. Bonacina hic quest. 3. proposit. 13. Contra tamen, etiam hos senes validè contrahere docet Henr. apud Bonacin. cit. eò quòd illa sit impotentia per accidens, cùm semper retineant anteà habitam potentiam suam intrinsecam semenandi. Opinionem hanc multi sequuntur RR. saltem post factum: ut ejusmodi coniubia jam contracta tanquam invalida dissolvi non debeant, dummodo post triennalem experientiam deinceps castè vivant, juxta dicenda inferius. Et ego in contingentia facti consultus semel tantum sic fieri permisi. Certum autem est quantumvis senes & decrepitos validè contrahere matrimonium, si per medicamenta vel qualitatem ciborum possint fieri sufficientes ad copulam conjugalem; eo ipso enim impotentia erit temporalis tantum. Insuper Pontius apud Dianam part. 4. tract. 4. resol. 75. etiam post Bullam Sixti V. docet spadones, senes & quosque impotentes posse contrahere matrimonium cum impedimentis consciis, non ad usum matrimonii, sed ad societatem vitæ & castè vivendum per modum fratris & sororis. Quam sententiam probabilem cenfet, & latè defendit Diana cit. Verum eam

132 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*  
acriter impugnant alii DD. communissime, l  
oppositam sententiam negativam Sanchez. l.  
*disp. 97.* vocant certissimam Dicastil. *disp.*  
*dub. 43.* omnino veram: Tanner. *disp. 9. qn.*  
*4. num. 136.* certam: Perez *disp. 37. Sct.*  
communem sensum totius scholæ, idemque sci-  
tiunt Hurtadus cum Tambur. cit. §. 2. *nn.*  
Gobat *cas. 13. num. 547.* & præter ratione-  
latè videndas apud citatos sufficit Bulla Sixti  
nam absolute definit: impotentiam esse impe-  
mentum dirimens matrimonium, & nihil di-  
stinxit quoad hunc vel illum usum.

### III. Perpetua.

124 **P**Erinde est, quod haec impotentia copi-  
perpetua oriatur ex causis naturalibus,  
in exemplis allatis, sive ex maleficio per ma-  
cas incantationes, dummodò talis sit, ut ne  
medicinâ, neque ordinariis Ecclesiæ exor-  
mis tolli unquam licite possit. Esto 1. tolli po-  
sit per medium valde difficile & periculosum  
vitæ vel gravis morbi, v. g. arctitudo foemini  
per incisionem periculosam, &c. adhuc cen-  
tur impotentia incurabilis, ut nec mulier tenet  
tur pati, nec vir eventum incisionis exspectat  
sed petita solutione matrimonii, tanquam in-  
conjuræ potens ad alias nuptias licet transire  
test. Ut ex communi latè probat Sanchez  
*7. disp. 93. num. 20. 2.* Esto etiam impotentia  
illa tolli possit per media illicita v. g. incanta-  
tionem magicam: vel maleficium ligaminis ali-

novo maleficio, &c. adhuc censetur incurabilis; quia quod jure ( seu licite ) non possumus, absolute non posse censemur. 3. Esto etiam per miraculum tolli possit, adhuc tamen naturaliter manet impotentia perpetua & dirimens; unde si conjux cum perpetua impotentia contrahens, posteà per miraculum sanetur, nihilominus matrimonium semel irritè contractum, irritum manet, neque convalescet, nisi novo consensu privatim contrahant. Omnia ex communi *Sanchez* cit. *Layman. c. 11.* alii passim. Aliud est, si impotentia maleficata sanetur ordinariis Ecclesiæ exorcismis vel mediis spiritualibus, tunc enim sanitas non censetur miraculosa, quippe medio ordinario procurata, & hoc ipso constat impotentiam non fuisse perpetuam, sed temporalem, quippe ordinario medio curabilem; ideoque matrimonium ab initio valuisse. Ut colligitur ex c. *Ultimo. 33. quest. I. &c. Fraternitatis. De frigidis.*

Denique licet constitutus in mortis periculo validè matrimonium contrahat, & quandoque etiam licet, ut potè ducendo concubinam ad effectum meretricium emendandum, vel ad prolem legitimandam; quia talis habet potentiam exercendi copulam, et si hic & nunc per accidens impediat. Communis DD. cum *Sanchez l. 7. disp. 205.* Tamen si in tali, ex vi morbi vel aliunde potentia generativa totaliter destruta vel perpetuò impedita fuisset, ut nullo medio ordinario reparari posset, simpliciter talis homo

134 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*

impotens censembitur, & ineptus ad matrimonium contrahendum, & sic contractum, et si iste a convalescat & diutius vivat, irritum & nullum. Ut recte monet Coninck *disp. 1. dub. 7.* & ex eo Layman cit. c. 11. num. 4.

*IV. Dirimit matrimonium contrahendum tantum.*

125 **I**Mpotentia ejusmodi perpetua antecedens matrimonium, quæ scilicet jam existebat tempore, quo matrimonium contrahebatur, dirimit matrimonium contrahendum. Ideo quanquam primum constat medicorum vel matrimoniarum judicio matrimonium cum impotentia perpetua contractum esse, statim separandis conjuges putatitii, potenti libertas aliter contrahendi permittenda. Insuper in dubio: utrum impotentia fuerit reverâ contracta ante matrimonium, vel postea secuta? ex communior probabilius docent Abbas in cit. c. *Fraternitatis* & Layman. c. 11. num. 6. præsumendum est quod impotentia antecesserit; si enim nunquam copula exerceri potuit, & nullis indiciis constet, quando impotentia contracta sit, præsum potest jam ante matrimonium existisse, ideoque fuisse illud irritum. Idque ego cum Gobat *c. 18. num. 432.* verum credo, si impotentia provenit ex causis naturalibus; at verò si provenit ex maleficio, res valdè perplexa & minimè tuta est, ut separantur tales conjuges. Ut fatetur Dicatus, *disp. 7. dub. 49.* adhuc tamen concedens, posse

posse in dubio præsumi jam præcessisse, eò quod hoc malum soleat immitti in eum finem, ut matrimonium dissolvatur. Sed hoc ipsum valde incertum est, quin potius videntur eo maleficio conjuges velle perpetuò affligere malefici homines. Hoc ultimum solatium potest esse confessariis notandum, quod nobiles DD. afferant matrimonium dirimi per impedimentum superveniens matrimonio rato tantum, sed nondum consummato, quale semper erit in proposito; nam post consummationem nihil amplius dirimere certum est apud omnes. Insuper aliqua adnotanda sunt pro praxi non in frequenti.

I. Cum constat quidem impotentiam fuisse <sup>126</sup> antecedentem, at dubium est, vel non satis constat, an ea impotentia perpetua sit, vel temporalis, non statim dirimere matrimonium, sed extendum est privilegio juris c. *Laudabilem*. *De frigidis & maleficiat.* Quo conceditur ipsis trienne spatum ad experiendum, quo sine emendatione elapso, tandem separandi sunt, datâ licentiâ conjugi potenti ad alias nuptias transeundi, Authoritate tamen Ecclesiæ ob scandala vel pericula & varia mala evitanda. Quod si tamen fraternali charitatis vinculo constricti, ut frater & soror cohabitare consentiant, abstinentes ab omni carnis copula & impudicitia, id quidem eis jure permisum, sed sàpè non consultum est ob periculum incontinentiae ex parte conjugis potentis.

II. Matrimonium semel ratum, licet nun-<sup>127</sup>

quam consummatum, nulla postea superveniente impotentia dirimitur, ut significatur *qui 32. quest. 7.* quoad matrimonium consummatum certissimum est; quoad ratum omnino communis DD. cum D. Bonavent. *Sic Richardo*, aliis in 4. d. 34. & Sanchez l. 7. n. 102. Ratio est; quia potestas semel data perveniente impedimento usus, non irritat in matrimonio rato jam data est potestas: ergo, &c. At tamen iis conjugibus, quibus matrimonium impedimentum advenit, sunt tactus & oscula ad declarandum affectum conjugalem vel ad sedandam non nihil conspicientiam, dummodo absit periculum pollutionis, etiam ligatis semper illicitæ. Imò quod diu probabilis spes superest copulam aliquam perficiendi, concessum est talibus copulam nari, et si præter intentionem pollutio seu effusio totius semenis extra vas contingat, Ut communi docet Navar. c. 22. num. 60. Sanchez. Layman. cit. Insuper, nondum quid legi, sed vir magnus, in praxi versatissimus consulenti respondit. Quod si ex tali impedimento superveniente; v. g. si uxor post puerium destructa & arcta facta sit, & absq; perito fecari nequeat, si saltē pars semenis subinterrere possit, posse se excitare applicando, et si missa pars semenis effundatur, dummodo aliquid intret, prout regulariter fit attrahente matrice, sic enim in sequenti puerperio forte remedium invenietur.

III. Nulla impotentia corporalis tantum, e-128  
 tiam antecedens, dirimit matrimonium, nisi jure Ecclesiastico in aetate impuberi, de quo mox infra. Ita omnes, teste Sanchez l. 7. disp. 92. num. 5. Sic enim definitum est c. fraternitatis. eodem titulo: Neque enim de ratione matrimonii est, ut possit semper haberi copula perfecta, sed, ut aliquando. Quid si autem laborans impotentia temporali nihil dicat de hoc vitio alteri parti, an non sufficiat haec deceptio ad dissolendum matrimonium? R. Esse rem dubiam. Sufficere negat Sanchez, cit. Concedit Sor. Henrig. cit. alii apud ipsum. Uttere Sententiâ pro re nata. Ceterum quando impotentia habendi copulam tolli potest sine periculo mortis vel gravis morbi, tenetur impotens admittere remedia naturalia v. g. mulier arcta incisionem non periculosam medicorum judicio. Sanchez, Bonacin, alii communiter; quia hoc est necessarium ad copulam, cuius potestatem transtulit in maritum. At quid si nolit pati incisionem, valebitne matrimonium? Res rursus dubia. Bonacin, ex communi dicit valere; lat valere negat Basilius Pontius de Matrimonio l. 7. c. 62, cum Diana part. 3. tract. 4. resol. 201. ideoque mulierem compellendam ad incisionem non periculosam. Rursus utere iterum sententiâ pro re nata.

IV. Dicatum est jam conjuges impotentiâ la-129  
 borantes, non propriâ, sed judicis Ecclesiastici authoritate separari debere ob fraudes, scandala aliâq; incommoda evitanda. At quid si postea

comperiatur fuisse erratum in iudicio, prax non rarò evenit? Ry.. reintegrandum est non priùs matrimonium (nisi coniux alter non tiam scelere alteri adhæserit; tunc enim ad coha-  
tionem tori coniux inoccens admittere non tur, sed jure repellere potest. Ut habetur  
dem c. *Fraternitatis. eodem titulo.*) Adeoq; posterius matrimonium quodcumque, etiam licentia judicis Ecclesiastici contractum, di-  
vendum est. Prout dicitur famosissimo  
casu latè descripto c. *Litteræ, De frigidis.* declaratione & confirmatione dictorum def-  
compendiō.

Mulier O nupsit Viro P. cum quo multos nos morata non potuit ab ipso propter a-  
tudinem carnaliter cognosci; quare pra-  
probationibus arctitudinis, quas jam pse-  
expressi, celebratum fuit divortium. Eo co-  
brato mulier O emisit suauis Episcopi Altilia-  
rensis Ordinarii sui votum continentiae per-  
tuæ. Vir P. cupiens fieri pater duxit aliam u-  
rem; contigit autem postea, quod mulier re-  
nit, qui seras hujusmodi reseravat, & abjec-  
continentiam, quam promiserat, superne-  
viro G. Interrogatus Innocentius III. rescripsit.  
Hæc secunda posteriora matrimonia esse di-  
venda, & redeundum ad primum, nisi hunc re-  
ditū impediret vel votum solemne mulieris, ve-  
fornicatio viri. Ad hoc impotentiæ impedi-  
mentum reducuntur alia duo, ætatis impuberi-  
& Sexus mixti. Expedio strictum non tam pro-

ratio, praxi, quæ certè rata est, quam ob vexamina  
erit non tantum in ordine ad matrimonium, sed e-  
ter non tiam ad sacros Ordines, & Professionem Religio-  
l cohanis; præsertim quoad hermaphroditos.

V. Impotentia etatis.

Jure naturæ quidem impedimentum diri- 130  
mens matrimonium esset tantum ætas indi-  
creta, seu illa ætas impubes, quæ est destituta  
usu rationis sufficientis ad hunc contractum,  
præsertim nunc sacramentalem ineundum, pro-  
ut infrà de sponsalibus declarabit, Adeò ut  
spectato solo jure naturæ etiam impuberis usum  
rationis consecuti validè matrimonium contra-  
hanc et si defacto adhuc impotentes sint, cum  
eorum potentia naturalis & temporalis sit,  
non perpetua. Undè inter infideles, si cætera  
non desint, valeret ejusmodi matrimonium im-  
puberum, nimirum tanquam exercendum tem-  
pore suo.

II. Jure autem Ecclesiastico ætas impubes, 131  
scilicet masculi ante decimum quartum, & fæ-  
mellæ ante duodecimum annum impletum, tan-  
quam inhabilium ad matrimonium contrahen-  
dum declaratorum, est impedimentum dirimens  
matrimonium contrahendum, nisi ob urgentis-  
simam causam dispensatio fiat à solo suffio Pon-  
tifice. c. Continebatur, c. Attestabatur. c. Ubi.  
c. Ultimo De Desponsatione impuberum. Et  
communissima DD. Ratio est; quod Ecclesia  
pro inconvenienti habeat matrimonium con-  
trahi

trahi ab iis, qui nondum pubertatem & quo-  
di potentiam assecuti sunt: at qui pubes imp-  
nerandi potentia plerumq; prædicta attingit  
sculi & fæmellæ contingit; ergo ea tantum  
tate, non ante, matrimonium contrahentes  
sunt, eosque sic posse justè decretum est. tem-  
re seclusa dispensatione peccare mortaliter  
puberes matrimonium contrahentes, exsp  
multi apud Sanchez cit. disp. 7. Ipse tamet  
aliis æquè probabiliter negat; quia ejusmodi  
matrimonia videntur dissimulare sacri Canone  
illa interpretantur valere tanquam sponsalium  
futuro; ut seq. sequent. indicabimus

132 III. Excipit ipsum jus casum, quo malitiae  
pleturatem; si nimis certis indiciis ob-  
tur, puerum & puellam ante dictam au-  
tumnum rationis ad eum contractum ineun-  
sufficientem, & etiam pubertatem seu omni-  
carnalis potentiam assecutos esse; tunc emat  
matrimonio repellendi non sunt. Ut hæc f  
e. de illis. 2. &c. Ultimo De desponsatione VI.  
puberum. Certè D. Gregor. l. 4. Dialogor.  
narrat, suo tempore puerum novem anni  
nutricem suam imprægnasse. Quo casu de-  
centia Episcopi ob gravem & urgentissimam  
causam (ait Sanchez l. 7. disp. 120.) & valde  
& licitum erit ejusmodi matrimonium im-  
beris? ait verò sine licentiâ Episcopi & sine  
causa contrahens matrimonium, et si va-  
var, Sylvestram & alios indicat Sanchez ibidem

Cap. 1. num. 2. Quia jam sit verum matrimonium, & quod Ecclesia fieri graviter prohibet ob illud libertas impubertatis tempus, nisi ob gravem causam legitima approbatum utique ab Episcopo.

ea tamen IV. Econtra si contingat masculum vel fœ-  
ntrahent mellam etiam post prædictam pubertatis æta-  
m est. item ob naturæ imbecillitatem inhabiles esse ad  
mortaliussum matrimonii, tunc plena pubertatis ætas  
est, exspectanda est, quæ secundum jura contingere  
se tamensetur masculis decimo octavo, fœmellis deci-  
bus etijsmodi quarto anno sive ad contrahendum, sive jam  
Canon contracto, ad consummandum matrimonium.  
Et deinceps conceditur spatium triennii ad expe-  
tiendum, utrum impotentia perpetua sit, nec  
malitia. Ut cum communi doeet Sanchez cit. cum  
Coninck disp. 31 dub. 7. num. 84. Layman c. 12.

num. 2. Qui omnes rectè admonent, universim  
in inueniunt consultum non esse, ut in tenera & adhuc infir-  
ma seu omnia ætate puer cum fæmella copuletur, eo quod  
tunc matres in partu periclitari, & proles infirmæ na-  
turali soleant.

VI. Impotentia Sexus mixti. Matrimonia  
hermaphroditorum.

Certum apud omnes, eum, qui habet dupli-  
cem sexum, & secundum unum est impo-  
tens, non posse contrahere, nisi secundum se-  
xum, quo est potens: & nullo modo, si neutrò  
& sine sexu sit potens, sicut &, si nullum perfectum  
sexum habet, raro non tamen nunquam viso  
monstro. Jam quoad reliqua pono quatuor casus.

I. Qui-

**I35.** I. Quidam habet duos sexus; & in un<sup>ter</sup> potens est, sed inæqualiter. Quid juris? Pro quidem prævaleat sexus fœmineus, reputa<sup>ma</sup> mulier. Unde non potest validè Ordines val pere, nec profiteri in Religione virorum Per uxorem ducere, sed bene nubere marito. Tambur. c. 13. §. 2. num. 27. merito etiam tara concederet talem fieri monialem propter ince aliqualem potentiam sexū masculini. Si sexū prævaleat sexus masculinus, mas reputabitur gre ut talis matrimonium iniure potest, non pri<sup>ma</sup> ri in Religione Monialium nec nubere viro. Lidè tamen suscipere sacros Ordines, sed illi run quia ut monstrosus irregularis est. De quo juri

**I36.** II. quidam post probationem Mediu<sup>vali</sup> & matronarum peritarum secundum utru<sup>rum</sup> sexum est æqualiter potens: quid juris? Matrimonium contrahere potest secundum lūm sexum, quem elegerit, quo electo peccat mortaliter, si forte alio uti velit. Imò Pan<sup>hujus</sup> matrimonio assistere non debet, nisi etiam electionem coram judice ecclesiastico<sup>reja</sup> ciat, eamque sub juramento. Sanchez l. 7. c. 106. Pontius l. 7. c. 65. num. 8. Unde si tua conjugie, viduus remaneat, licet valide<sup>tuit</sup> traheret secundum alium sexum, electionem etiam mutando, peccaret tamen mortaliter o<sup>mori</sup> tra juramentum, imò etiam secluso jurame<sup>n</sup> secundum Sanchez, & alios; quod tamen m<sup>or</sup>num neget Hurtadus apud Tambur. cit. n<sup>um</sup> 29. in fine. Hinc duos hermaphroditos agu

& in uter potentes in utroque sexu non posse ad usum  
juris: promiscuum utriusque sexus, hoc est, modò  
reputantur masculinum, modò fœmineum, nec licetè, nec  
validè contrahere matrimonium, benè probat  
Perez disp. 37. sect. 15. quia illa essent quasi duo  
matrimonia, quod videtur abhorrere ab ipsa na-  
tura rationali ob majorem rationem, majoraque  
incommoda. Talis æqualiter potens in utroque  
sexu nec mulierum, nec virorum Religionem in-  
gredi valet, nec Ordines validè vel licetè suffici-  
pere potest. Ut latè prosequitur Sanchez cit.

III. Quædam conjugata incipit esse vir pro-  
rumpente natura in sexum masculinum. Quid  
juris? q. Si maneat in illa etiam sexus fœmineus,  
validum fuit matrimonium, ipsaque tenetur  
hunc sexum in usum matrimonii retinere; si ve-  
rò non remaneat, matrimonium ab initio nul-  
lum fuit, & nunc esset invalidum; quia sexus ille  
fœmineus, in quo contraxit, non erat perpetuus,  
alioquin ineptus ad matrimonium illud. Non  
erat perpetuus, quia latebat in illa sexus virilis  
saltē in dispositione corporis, qui suo tempo-  
re jam erupit; sola ergo bona fide hactenus po-  
tuit uti matrimonio.

Ob similem rationem rectè docet Lugo resp.  
moral. I. 1. dub. 31. cum Diana part. 5, tract.  
14. resol. 40. monialem, quæ erupit in marem,  
nulliter professam fuisse, atque adeò è Monaste-  
rio educendam, & minimè cogendam ad pro-  
fessionem emitteandam in Religione virorum;  
quia nec ipsa profitens habuit intentionem pro-  
fiten-

144 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*  
fitendi, nisi apud Moniales, nec aliter illi  
ceptavit Prælatus, nisi ut fæminam. Quid  
aliqui dixerint apud eundem Lugo, qui in  
contingente tales cogere volebant ad pro-  
dum in Religiosorum Monasterio.

138 IV. Quidam conjugatus incepit esse fa-  
na, subtrahente natura instrumentum gen-  
tis. Quid juris? Respondet *Cardinalis de Lugo*  
tantam mutationem evenire non posse, si con-  
tingat, matrimonium quidem fuisse  
dum, sed statim mutato sexu dissolvi vincu-  
dicti matrimonii; quia matrimonium con-  
nequit inter duas fœminas, nec inter duos  
res. Verum Tamburino. cit. num. 35. cer-  
mihi valde difficile videtur concedere, ma-  
rimonii vinculum ante mortem alterius um-  
dissolvi; cum omnes Scripturæ, Patres,  
Theologi clament, matrimonium confor-  
tum non nisi morte dissolvi. Melius ergo di-  
tur, quod modo in simili dictum antea:  
matrimonium fuisse ab initio invalidum;  
sexus, sub quo contractum fuit matrimonium  
& consequenter habilitas personalis ad ma-  
rimonium non erat perpetua, latente in corpo-  
li dispositione sexu alio, qui deinde appa-  
re. Propter eandem rationem, si quis talis profi-  
ctus in Religione virorum sic varietur in fœmina  
nulliter professus fuisse, nec esset cogendus  
profiteatur apud Moniales. Ut dictum in simili  
suprà. At quid si quispiam jam initiatus Sac-  
dos simili ratione mutetur in fœminam?

*Cap. I.* *Sect. I. De Impedimentis Matrimonii.* 145

spondet idem de Lugo: ipsum suisse verum Sacerdotem, & Sacerdotis characterem per ejusmodi mutationem non amittere; invalidè tamen imposterum consecraturum, vel absoluturum à peccatis, sicut inquit, anima Sacerdotis extra corpus characterem servat, cùm tamen non possit valide consecrare; quia exercitium Ordinis conceditur composito humano virili, non vero soli animæ, nec consequenter tali novæ fæminæ, sic Lugo. Sed tu cogita.

**S U B S E C T I U N C U L A.**

*De Impedimentis impedientibus tantum:*

**Q**Uæ nimirum non irritant vel annullant, sed prohibent tantum, & illicita reddunt matrimonia. Antiquo jure fuerunt varia infra indicanda. Omnia modò vigentia adhuc comprehendimus hoc casu: *Votum, interdictum, feriæ, sponsalia, crimen.*

**S U M M A R I A.**

139. *Votum simplex impedimentum impediens tantum.*
140. *Est quadruplex scil. votum castitatis integræ: Religionis ingrediendæ & profienda; suscipiendi SS. Ordines: & cælibatus.*
141. *Debent tamen esse vota perfecta.*
142. *An & quando peccet contrahens contra tale votum conditionatum tantum?*
143. *Qualiter impedianter Interdictum 144. feriæ 145. sponsalia. 146. crimen?*

**I. Votum:**

**V**O tum simplex castitatis impedit matrimonium contrahendum, non autem di-

PARS IV. SACRAM.

K

rimit

146 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*  
rimit ratum, vel consummatum. Omnes. co-  
stat liquido jure c. *Meminimus.* I. *Consulat*  
*Rursus.* Qui clerici vel voventes matrimonium  
contrahere possunt. c. rursus si habet. Rur-  
quidam votum castitatis emittens juravit, se-  
ste a aliquam pueram ducaturum in uxorem. De  
de a fraternitate tua requisiti arbitramur  
quod, cum simplex votum apud Deum non  
nisi obliget, quam solemne, pro eo, quod juris  
temere penitentiam agat, Et votum, quod d.  
fecit, studeat observare. Quod si, postquam p-  
stitit hujusmodi juramentum, ad nuptias non  
proprio convolasset, cum matrimonium con-  
hendum impedit votum simplex, non tam ex  
rimat contractum, nihil ambiguitatis habet, q-  
suo fraternitatis tuae. Sic Pontifex. Ratio  
quia talis vovens peccat quidam contra virtus  
Religionis contrahendo matrimonium incom-  
patibile cum promissione sua facta Deo, attamen  
quia tali promissione actu & solemni Deo  
non tradit, nec coram facie Ecclesiae trans-  
mutasse censemur, prout fit in voto solemni, q-  
non invalidat contractum matrimonium, q-  
solemniter coram facie Ecclesiae se tradit  
mini.

340 Quadruplex est ejusmodi votum simplex.  
Ipsum votum castitatis seu continentiae integritatis  
perpetuae; votum Religionis ingrediendi  
profitendae; votum suscipiendo sacros Ordines  
& votum Cœlibatus non ducendi uxorem, n-  
nubendi, &c. Omnia matrimonium impedi-  
tum.

unt, ac mortaliter illicitum reddunt, ipso naturali ac divino jure, cùm scriptum sit: *Vovete & reddite.* Attamen grandis inter hæc notanda disparitas: nam contrahens cum voto simplici castitatis vel continentiae, non tantum peccat ipso facto matrimonium contrahendo, sed etiam postea toties, quoties debitum conjugale exigendo; quamvis alteri petenti reddere possit & teneatur; quia ille vovendo Deo castitatem privavit se jure petendi actum conjugii, quamvis alterum jure suo petendi debitum privare non potuerit. De quo rursus c. sequenti. *Cum de debito.* At verò post votum ingrediendi vel profitandi Religionem, vel sacrum Ordinem suscipiendo, matrimonium contrahens, tunc quidem peccat mortaliter contra promissionem factam Deo de bono majori incompatibili cum matrimonio, ad cuius scilicet boni executionem sic contrahendo impotentem se reddit; non tamen peccat postea, sed licet debitum conjugale & petere & reddere potest; quia non habet votum de ipsa castitate, sed tantum votum de vovenda castitate, seu votum assumendi statum, in cuius assumptione ipsa vovetur castitas, à cuius voti impletione nunc impeditus est, donec matrimonium solvatur. Quo circà soluto matrimonio uterque voto suo simpliciter obligatus manet, si nimirum adhuc fit idoneus Religioni aut Sacris Ordinibus. Communis DD. cum Na- var. l. 3. Consil. 17. de voto. Sanchez l. 9. disp. 33. num. 14. Layman cit. part. 4. 6. 3. in fine.

¶ 41. Vota tamen prædicta , ut impedian , & cita reddant matrimonia , debent habere omnes conditiones validi & obligatorii voti , certe in hic , sed alibi suo loco explicandas : & singulis riter , ut sint emissa deliberatè , ac libertime cum intentione vera promittendi & se se uel ligandi Deo , non per modum simplicis propulsati . *Deliberate* quidem cum plena advertentia ad materiam & obligationem voti , scilicet e rore & ignorantia circa substantiam vel circumstantiam per se intentam , aut aliam , quam quis præscivisset , vovere noluisset . *Libertatem* , secluso omni metu injuste incusso ad contractandum tale votum , & siquidem sit ne gravi injuste extortum votum certò non obligatum & irritum est , *saltem jure Ecclesiastico . c. 1. his , que vi.* Atque probabilissimè etiam iuraturæ , cum Deus ejusmodi votum non accepto quia acceptando videtur approbare injuriam contractantis . Quidquid sit , nobis sufficiat minimis leges , *117. ff. de Regulis Juris . Non consensui tam contrarium , quam vis & manu quem comprobare contra bonos mores est .* Quæ prakticè tuta est sententia tenens : *Votum quocunque metu injusto quantumvis levius invalidum propter rationem indicatam .* Notita contra Sanchez *l. 4. de voto , & plerique* alios docent permulti graves DD. apud eundem Sanchez & Lessium *l. 2. de justitia . c. 4. Arguitur inter ipsos maximè laxus piissimus Doctor Noyar . Manualis . 22. num. 15.*

Quid si votum ejusmodi emissum sit condicione sub conditione de futuro; peccabitne vobis, si ante impletam conditionem matrimonium contrahat? *v. cum Sanchez eodem l. 4.*  
*Moral. c. 22. num. 11.* ita, peccabis, si conditio ponenda non pendeat à tua voluntate, ut si vovisti castitatem servare deinceps, si DEUS te hoc anno à gravissimo cruciatu dolore calculi præservaverit: peccabis, si non elapso anno matrimonium contrahas; quia conditio implenda pendet à voluntate DEI. Non autem peccabis, si votum sit poenale, vel à tua libera voluntate pendeat, *v.g. vovisti servare castitatem, si denuò te inebraveris, vel fornicatus fueris hoc anno;* non peccabis, eodem anno non impleto matrimonium contrahens; quia non teneris exspectare, multò minus ponere conditionem illam. At quid si jam ducta uxore, nondum elapso anno, te inebries? Respondet recte Sanchez cit. *num. 13.* te obligari servare in matrimonio castitatem, æquè ac tenereris, si post emissum votum castitatis absolutum, matrimonium contraxisses; jam enim posita conditione, tuum votum evasit absolutum. Hæc in gratiam iurorum.

## *II. Interdictum.*

**S**eu prohibitio Ecclesiæ, cum scilicet Ordinarius, Pastor, Episcopus vel Parochus matrimonia interea contrahere interdicit ob justam causam. Ut patet ex jure c. *Ultimo De Clandestin. desponsat.* Ubi Parochis præcipitur, si pro-

150      *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*  
babilis conjectura impedimenti apparuerit,  
*contractus interdicatur expresse, donec, quippe*  
*ri debeat super eo, manifestis confiterit dan-*  
*mentis. Similiter c. Penultimo. De Sponsa da-*  
*rum: Dicitur: pendente lite de matrimonio*  
*lore, interdicendum esse, ne aliud matrimonium*  
*contrahant. Contra tale interdictum ergo pe-*  
*carent mortaliter sponsi matrimonium con-*  
*hantes & consummantes; si nimis cau-*  
*terdicti gravis sit utpote jam dictum dubium*  
*impedimento vel valore matrimonii, gravis*  
*maxime dissensiones parentum, vel cognatorum*  
*sponsorum &c. Secundus, si causa interdicti ex*  
*momenti sit. Ut notat Tannerus tomo 4.*  
**9. quest. 4. num. 33.** Quem vide. Huic spe-  
cialiter interdictum juris communis, ne sponsi ma-  
trimonium contrahant absque præmissa trina  
nuntiatione, alioquin peccatur mortaliter;  
videbimus suo loco: Item aliud interdictum  
ris quoad excommunicatos, quippè qui privi-  
tur usu activo & passivo Sacramentorum: In  
huc reducunt alii interdictum commune per  
naturæ, ne filii contrahant matrimonium  
consultis vel invitis parentibus: sed de hoc for-  
mitius Sect. sequenti.

### III. Feria.

144 **S**eu tempus sacrarum feriarum, videlicet a  
Adventu Domini usque ad diem Epiphaniae  
inclusivè: & à feria quarta Cinerum usque a  
Octavam Paschæ prohibentur ab Ecclesia fieri

nuptiæ solemnes tantum, utpotè cum solemnæ benedictione sponsorum ac signis publicæ lætitia, solemnæ scilicet traductione seu pompa traductionis sponsæ, solemnis convivii, &c. Ex comuni Sanchez cit. *disput. 7. num. 17.* Quare nullo comuni jure interdicitur, ne quis matrimonium eo tempore ineat sine benedictionibus, & solemnæ illa deductione sponsæ, convivioque moderato. Adeoque nihil aget Parochus adversus Concilium Trident. *Sess. 24. c. 10. De Reformatione Matrimonii.* si tempore Adventus vel Quadragesimæ assistat matrimonio seu Vi- duorum, seu etiam Virginum, quo benedictionibus in aliud tempus dilatis, sponsa ducatur cum exigua pompa, moderato convivio, aliisque modestis lætitia signis. *Perez, Hurtadus, Merchant.* alii apud Sanchez cit. Certè Congregatio Concilii apud Galemart. ad cit. c. 10. Trident. declaravit, posse coram Parocho & testibus illo tempore contrahi, sine tamen solennitatibus. Attamen Layman cit. *part. 4. c. 15.* monet observandam esse consuetudinem Dicecessis: testaturque in Bavaria non permitti; ut omissis, vel in aliud tempus dilatis benedictionibus, ineat matrimonium, nisi necessitas urgeat, ut si miles in periculo mortis constitutus, vel statim discessurus concubinam ducere velit.

IV. *Sponsalia Remissive.*

**S**ponsalia semel legitimè contracta cum uno<sup>145</sup> vel una sunt impedimentum impediens ipso

152 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. I.*  
jure naturæ , ne licetè matrimonium contri-  
possit cum alia vel alio , nisi prior sponsus  
sponsa consentiat , aut justa causa dissolue-  
priora sponsalia subsit. De quibus late Sec-  
quenti,

*V. Crimen.*

146 **V**aria Crimina his versibus comprehen-  
*Incestus, Raptus sponsata mors mulieris*  
*Susceptus propriæ sobolis, mors Presbiteri*  
*Vel si pœnitentia solemniter, aut monialem*  
*Accipiat: prohibent hac conjugium sociandi*

Hæc olim jure antiquo impedimento era-  
ne quis talis criminis reus licetè contra-  
posset nullum aliud matrimonium amplius.  
ribus videndis apud *Sanchez* & alios pale-  
Verum hæc omnia modo per diuturnam de-  
tudinem sublata sunt. Secundum comuni-  
mam DD. Sententiam & omnium Ecclesiasticis  
praxin. Adeò ut dicat *Navar. c. 22. num. 50.*  
non meminisse totâ vitâ suâ super ejusmodi  
minis impedimentoo dispensationem peti-  
fuisse.

147 Aliud adhuc impedimentum catechismi  
cognitionis spiritualis imperfectæ ortæ in  
personam assistentem tantum ad catechismum  
& cæremonias Baptismi , & baptizatum , mo-  
omnino obsolevit , vel diuturna desuetudo  
dilectum , veletiam à Tridentino *sess. 24. de Se-*  
*cram. marr. c. 2. sublatum est;* ubi omne spi-  
tualis affinitatis impedimentum abrogatur , præ-

ter paternitatem & compaternitatem à nobis  
jam supra explicatam.

## SECTIO II.

De Matrimonii Promissione seu sponsalibus,  
ac consensu de futuro.

### SUMMARIA.

148. Sponsalia quid?
149. Sunt essentialiter promissio mutua;
150. Accepata, 151. cum reprobatione.
153. Ac vera ac seria cum animo promittere.
155. Et se obligandi, 156. ac implendi.
157. Quid in dubio, an bene, vel fictè promiserit?
158. Quam voluntaria & deliberata, usque ad n. 162.
162. Et quām libera esse debet hac promissio? usque ad n. 166.
166. Quando & qualis ignorantia, error, vel deceptio seu dolus irritet sponsalia? usque ad n. 170.
170. Item quando & qualis metus ea irritet? usque ad n. 174.
174. Consensus in sponsalibus debet verbis, vel aliquo signo externo exprimi.
175. Quae verba requirantur, & sufficient? usque ad n. 179.
179. Verba certò sponsalia & 180, certò matrimonium significantia que?
183. Verba dubia examinantur, usque ad n. 188.
188. Quenam alia signa sufficient & arguant sponsalias usque ad 192.
192. Quae personæ sint habiles ad sponsalia?
193. Quae inhabiles naturaliter?
194. Quarequiratur, & sufficiat atas? usque ad n. 198.
298. Invalida sunt sponsalia inter adstriclos impedimentis matrimonii.
201. Filiis familiis ipsum matrimonium valide contrahunt.
202. Ac etiam sponsalia insciis vel invitatis parentibus.